

Πλοα ὑγρα. PIX LIQVIDA.

CAP. LXXVIII.

Pix liquida, quam alij conum uocant, è pinguissimis pini, piceaque lignis congregatur. Optima est splendens, syncera, leuis. Contra uenena, phthisim, purulentam excretionem, tusses, suspria, & pectoris humores, qui difficultè extulsiuntur, efficax est, elegmate cyathi mensura cum melle dato: tonsillarum & uvae inflammations, anginæque utiliter perunguntur: purulentis auribus infunditur cum rosaceo, & illinitur cum trito sale serpentium morsibus: adiecta uero pari cera, scabros unguis extricat, impetiginesque emendat: vulva duritas, ac sedis tubercula discutit: cum farinaq; hordeacea, & pueri impubis urina decocta, strumas rumpit: cohibet ulcera, quæ serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure, aut furfuribus illita. Cæterum cum thuris manna, & cerato profundos ulcerum sinus conglutinat: rimis sedis, & pedum magno auxilio illinitur: ulcera replet, & cum melle purgat: quin & cum uua pappa, & melle carbunculos, & putrida ulcera emarginat, disrumpitque. Erodenibus medicamentis, quas septas uocant, probè immiscetur.

Γιοσέλαιον. PICINVM OLEVVM.

CAP. LXXIX.

E PICE fit quod pisselæon appellant, separato liquore aquoso, qui supernata pici, sicut serum lati. Nam expansa, quandiu pix coquitur, supra cortinam uellera pura madescunt, acceptoque halitu eius exprimuntur in uas, idque tandem fiat, donec pix coquatur. Quas pix liquida, præbet utilitates: alopecias capillo replet cum farina hordeacea illitum: quibus & liquida pix medetur: iumentorum ulcera, scabiemque emendat.

Διγνής τῆς ὑγρᾶς πίκης. FVLIGO LIQVIDAE PICIS.

C A P. LXXX.

FIT HOC MODO è liquida pice fuligo. In lucerna noua, quæ ellychnium habeat, non nihil picis incendito, lucernamque fictili vase in clibani speciem conformato, superius in angustum fornicate, inferius perforato, ut clibani esse solent, operito, & aduleri finito: consumptoque liquore nouum infundito, quoad sufficientem usui fuliginem collegaris. Vis ei astringens, acrisque. Vfui est ad pigmenta, quibus palpebras linunt, & uenustant, & ad circumlitiones. Item ubi glabris genis pilos restitui oportet, ad imbecilles, lacrymososque oculos, insuper ad corundem ulcera non utilis est.

Πίκα ξηρά. PIX ARIDA.

CAP. LXXXI.

LIQVIDA pix decocta in spissam coit, quam uocant aliqui palimpissam. quo in genere quædam uisci modo lente fecit, boscas cognominata: altera sicca est. Probatur pura, pinguis, & odorata, subrufa, resinosa. Talis Brutia, & Lycia picis, resinæque simul naturam habentes. Calfactoriam uim habet: dura emollit, pus mouet, tubercula panosque discutit, ulcera replet: vulnerarijs medicaminibus commode permiscetur.

Ζωπισσα. ZOPISSA.

CAP. LXXXII.

ZOPISSAM aliqui aiunt derasam nauibus resinam cum cera, quam alij apochyma appellant. Ea dissipandi naturam habet: quoniam marino sale macerata sit. Alij pineam resinam hoc nomine uocauerunt.

Picis conficiē
dæ ratio.

Picis facultā-
tes ex Gal.

TAMETSI de pluribus Picis generibus, de oleo, earumq; fuligine diuersis, ac proprijs capitibus differat Diſcorides; cum tamen horum omnium historiæ notior sit, quæ ut à nobis explicari debcat, operæ pretium non est, ut de his pluribus agamus. Sed quoniam fortasse nonnullos delectabit audire, quoniam modo pix ipsa conficiatur, ut illis & mihi sit satisfactum, hic rem paucis aperiam, omniaq; de ea referam, que Tridentino tractu in Flemarum montibus coram clare perspexi. Sic ergo picem, quæ paucim naualis dicuntur, eo quod picandis nauigij sit aptissima, artifices conficiunt. Veteres pinos, quæ prorsus teda conficitæ sint, in particulæ securibus concidunt, ut ex aliarum arborum truncis ad carbonis opus fieri solet. Deinde uero area ex creta pavitur in medio paululum elata, extremis equaliter dependentibus, ut liquor è teda resudans in canalem totam aream ambientem facilius defluere posit. Itaq; concisam tedam in area struis congerie locant, uelut in carbonis artificio: mox hac primum abietum, picea, rumq; frondosis ramis undiq; tecta circumdataq; tum demum terra septa, lutoq; obstrueta, ne quouis modo fumo ac flammis pateat exitus, per foramen in cacumine paratum ignem succendunt eadem quoq; ratione, qua & carbones coquuntur. Quare eum desit locus, per quem flamma erumpere posit, sentiatq; ob id congesta moles maximum ignis ardorem, pix liquitur, & per areæ pavimentum confluens in canalem circumpositum defluit, qui per alios canales inibi artificiose paratos picem fluentem corriuat in scrobes ligneis asseribus circundatas, ne terra defluxant picem cōbibat: unde postea & dolia, & cadi, & utres implentur. Operis perfecti signum, si regus decumbat, subsidatq; et liquor defluere definet. Sic enim picem fieri uidimus à sylvicolis eam parantibus, qui quodammodo secuti uidentur Theophrastum lib. 1 x. cap. 111. de historia plantarum, ubi eadem firè ratione Macedones picem urere latius tractidit. Picis facultatem memorie prodidit Galenus lib. viii. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Pix sic=

ca

¶ quidem desiccatur, & excalfacit secundo à mediocribus, siue symmetris excessu: ac plus desiccare potest, quam excalfacere. Humida uero contra, plus uidelicet calfacit, quam desiccatur: habetq; nonnullam partium tenuitatem, qua & asthmaticos, & purulentos adiuuat. satis est autem cyathibus mensuram mellis misce. Sed & abstergendi quandam uim habent, atq; concoquendi, digerendiq; uoluti & in gustu subamarum quid obtinent, & acre. sic leprosos unguis eximunt misce cum cera, lichenasq; detergunt: concoquunt item duros, & crudos tumores omnes cataplasmatis inditae. Ad ea omnia humida ualentior est: arida uero pix tametsi ad hæc quidem deterior est, glutinans tamen uulnibus magis congruit. Ex his itaq; clarum est, humidæ pici & calidam humiditatem affatim esse admittam. Meminit item Galenus picis fuliginis lib. viii. eorundem simp. ubi ita de omni fuligine scriptum reliquit. Fuliginum vires ex Galeno.

reliquias: sed id pusillum est. Porro tota eius natura terrena est, tenuum partium. Sed que speciatim in ea differentiae sunt, ex prousta materia eueniunt: ex acriore, & calidore, tali etiam proueniente fuligine: ex dulciore simili quoq; & hinc fuligine proueniente. Primum enim thuris fuligine utuntur, in oculariis medicinas misca, eas uidelicet, que ad oculos etiam phlegmone tentatos ac commodantur, atq; etiam fluxione uexantur, & ulcera habent: nam & illa expurgat, & carne implet. Ad hæc usurpant quoq; eam ad facultates, quas uocant callibelepharæ. Præterea terebinthinae, myrrhaeque fuligo molestia caret, non aliter quam thuris: sed styracis his quodammodo ualentior est: magis etiam picis liquide, qua etiam magis cedri. Porro acrioribus utuntur ad uitia palpebrarum uocata ptila, & erosos oculorum angulos, humidosq; citra phlegmonem. At mollioribus, mitioribusq; tum ad hæc, tum ad ea, ad que cōpetere paulo siperius diximus thuris fuliginem. Πίναξ υγρὰ Γρæcis dicitur: Latinis, Pix liquida: Arabibus, Eerf, Cest, Zeft, aut Kir: Italis, Pece liquida: Germanis pix omnis, Bech: sicut etiam Hispanis, Pex negra: Gal lis, Poix fondue, liquida tantum. Πίσσα ἔησθε, καὶ παλιμποτσα Γρæcē uocatur: Latine, Pix secca: Italice, Pece secca: Gallis, Poix seche. Quod Græci πίσσα λαων, Latini Picinum oleum dicunt: Arabes, Kepsen, seu Kapse: Hispani, Azei de pez.

Nomina.

† Hoc loco non ēvōδης, id est, odorata, ut communis lectio habet, sed īēvōδης, hoc est, uiseosa legitur in Oribasij codice manu scripto, libro xii. simplicium. Harum lectionum quæ sit melior in probatione picis secca, aliorum sit iudicium.

Ασφαλτος, BITVMEN.

CAP. LXXXIII.

BITVMEN Iudaicum cæteris anteponitur. Cuius probatio est, ut purpuræ modo splendeat, si tq; ponderosum, ac ualidum odorem uibret. nigrum autem & sordidum, uitiosum est. Adulteratur pice. Gignitur in Phœnicie, Babylone, Zacyntho, & Sydone. Liquidum inuenitur in Agragantino Siciliæ, fontibus innatans: quo utuntur ad lucernarum lumina, olei uice. Hallucinantur, qui id Sicilicum oleum nominant: nanque liquidi bituminis genus esse constat.

ΓΙΤΙΑΣΦΑΛΤΟΣ. PISSASPHALTVM.

CAP. LXXXIV.

NASCITVR in Apolloniatarum agro circa Epidaurum, quæ pissasphaltos appellatur. Ea Ceraunis montibus deuoluta impetu fluminis rapitur, æstuque in litus expuitur, illic coacta in glebas, ministram bituminis picem redolet.

Νάφθα. NAPHTHA.

CAP. LXXXV.

NAPHTHAM uocant Babylonij bituminis colamen, colore candidum: inuenitur etiam nigrum. Vis ei ignium rapax, ita ut ex spatio protinus in eam transiliant. Ad suffusiones oculorum, & albugines utilis. Bitumen omne discutit, glutinat, emollit, ab inflammatione tuetur: vuluarum procidentia, strangulationesque olfactu, suffitu, impositu, emendat: comitiales morbos suffitum deprehendit, gagatae lapidis more: purgationes mulierum cum uino, & castorio potum elicit: tuſsim ueterem, & anhelitum adiuuat: serpentium morbis, coxendicu, laterumque doloribus auxiliatur: datur cæliacis in catapotio deuorandum: cum aceto potum discutit sanguinem concretum: dysentericis cum ptisana liquatum infunditur: destillationibus suffitione medetur: mitigat dentium dolores oblitum. Cæterum pilos incommodos siccum replicat, specillo impositum: concalsatum autem, & cum farina hordeacea, nitro, & cera illum, podagræ, articulorum doloribus, lethargicisque prodest. Pissasphaltos eadem, quæ pix, & bitumen, si misceantur, potest.

LEGITIMVM quidem Iudaicum Bitumen hoc euo (quod sciem) in Italianam non aduehitur: id namq; quo officina utuntur, impostura quedam est, pice, petroleo, & alijs nonnullis parata. Igitur mirari non licet, si id Dioscoridis historie minime respondere videatur. Optimum in Iudea prouenit in quodam lacu, quæ Iordanis amnis influit, qui ab urbe Hierico quindecim tantum millia passuum distat, si Brocardo fides habenda est, qui Palæstinæ topographiam edidit. Nil uero aliud bitumen est, quam pingue quoddam lacus illius aquis supernatans, quod undis uentoq; agitatum in littore concrescit, densatur, coit, tenacissimumq; redditur. Nullum in hoc lacu (ut Galenus testatur lib. xiiii. cap. x. simp. medicamentorum) animal, nullaque stirpis innascitur, neq; uisit ob aquæ ingentem falsidem. Imò cum duo ingentia flumina in eum confluant, in quibus pisces innumeri, presentim in eo, quod prope Iericho fluit, quod Iordanem appellant, nullus omnino piscium flumen ostia excedit. Quinimo, eodem auctore, de his, quæ in eum projiciuntur, nihil mergitur, sed instar nauis, super aquam fertur. Quippe hoc esse uerum probari

Bituminis cōsideratio.

h 2 facile

facile potest experientia, quod sensibus patet: nam unaqueq; naves levius admodum marinis, quam dulcibus fertur aquis. Proinde loco citato hæc scite prodidit Galenus. At aqua, que ex lacu Syriae Palestinae, quem alii quidem mare vocant mortuum, alijs stagnum bituminosum, gustantibus non salsa modo, sed & amara est. Salem uero etiam habet ex se natum, perinde subamarum, primoq; statim aspectu una cum universo mari tum candidior, tum crassior appetret, salugini meruæ similis: in quam si salem injicias, ne liquari quidem etiam posit: plurimum enim eius in se habet: ac si quis in eam se mergat, continuo sale tenuissimo uelut conspersus, undiq; emergere conspicitur. Quapropter etiam aqua illa, quam cetera marina grauior est, idq; tanto pondere, quanto fluviali marina. Itaq; si uolueris te ipsum deinceps in profundum, ne sic quidem poteris deorsum ferri: ita attollit, eleuatq; aqua, non sane quia natura leuis sit, quod quidam ueterum sophistarum prodidit, sed ut censuit Aristoteles, propter grauitatem instar luti, que leviora sunt, gestans. Proinde si hominem ligatis manibus, pedibusq; in stagni illius aquam conieceris, deorsum haud feretur. quin uero sicut naues in mari onera plura, quam in fluijs citra submersionem portare ualent, eundem in modum in stagno mortuo multò plura, quam in mari. Tantò enim est, que in illo est aqua, marina grauior, quanto marina lacustri, aut fluviali. inest enī ei salis substantia, que terrea, grauisq; est. Ipsiq; tibi marinam, si lubet, efficere licet, sale in aqua fluviali colliquato, cognoscereq; quanto grauior reddatur aqua eiusmodi, quam sit dulcis. Quin & modum iam inueniunt, moderatam ad salientum conficiendi saluginem, si ouum in ea uideatur nature: nam ubi etiamnum sit, ac nondum super saluginis superficiem innat, aquosa magis est, & dulcis: grauitate uero salsa est, ubi tanta est salis copia indita, ut amplius liquari, qui postea adiicitur, nequeat. quam aquam si pendere non grauaberis, omnium aquariorum comperties grauissimam. Itaq; ego quandoq; inanem esse diuinitus cuiusdam ambitionem ostendi, qui tantā in Italia maris mortui aquam deuexit, que cisternam implere posset. Nam id ipsum ego expedite prestiti, sale plurimo in aquam potabilem coniecto. hæc Galenus. Lacus iste, quem aliqui mare mortuum vocant, ille quidem est, quem sacra testantur monumenta exortum esse, ubi Sodoma, Gomorrah, alijsq; finitime ciuitates cælesti igne absorte, subuersæq; fure. Quid etiam Galeni auctoritate comprobatur, qui eodem loco citato lacum hunc Sodomeum appellari scribit. Eructat continuè is (ut quidam Patriarcha Hierosolymitanus suis scriptis perhibet) nebulosos quosdam vapores factorem intolerabilem vibrantes, qui postea uentorum flamine per conuales olim fertilissimas exagitati, perpetuam sterilitatem relinquunt, ita ut longo terrarum spatio nec herba, nec arbos, nec ullum deniq; germin prouentat, neq; urescat, nisi iuxta Hiericum, ubi ab Elisei fonte irrigantur horit. Tradit Plinus hinc lacum longitudine centum millia passuum excedere, latitudine maxima uiginti quinque millia passuum implere. Idem Pissaphalti inter picis genera meminit libro XLI. capite VII. sic inquiens. Et & Pissaphaltos mista bituminis pice naturaliter ex Apolloniarum agro: quidam autem ipsi miscent. Afferunt ex eodem agro etiamnum hoc aeo: siquidem ex Apollonia Epiri, quam vulgo Valonam nuncupant, Venetias pissaphaltum pro picandis nauigis copiosum importatur: quippe quod pineæ pici commixtum, ualentissime id muneric prestat. Nuper ex Dalmatia afferri coepit, ubi prope Lefinam non longe à Narenta foditur: cuius amicus quidam mihi copiam fecit. Foditur & in Pannonia, ubi id incolæ fossitan ceram esse existimant. Scribit Fuchsius libro primo de componendis medicamentis, pissaphaltum nunc etiam tribus ferè milliaribus ab Ispach reperi, uocariq; Germanico sermone Trischembly, cuius portionem aliquam adhuc se habere fatetur, sibi à Georgio Collimitio transmissam, que succensa bitumen ac picem uerissime redolent. Sed equidem uereor, ne ipse quoque decipiatur, una cum Georgio illo. Is enim lapidem gagatem, qui ferè tribus ab ea ciuitate Germanicis milliaribus (ut Fuchsius inquit) in litora cuiusdam torrentis frequentissimus reperitur, pro pissaphalto ostendebat. Sed illius error, dum ego in Ispach essem, à clarissimo Ioanne Petro Marendio medico Regio, & à me pariter deprehensus est: quod lapis Germanica lingua Trischembly uocatus, et si lapidis gagate modo conflagret, & bitumen redoleat accensus; nunquam tamen ut pix, & asphaltus igne liqueficit, sed ligni, uel tere modo comburitur. Præterea ultimum bituminis genus, quod Naphtham uocant, Plinius libro XI. capite CVIII. in Austagenis Parthie inueniri prodidit, tantamq; esse huic ignium cognitionem, ut transflant protinus in ipsum undecimq; uisum. Quod et si in Italianam aliunde (quod sciem) non inferatur; inibi tamen pluribus in locis id generis erumpit, quod eosdem cum igne prestat effectus: quale est, quod in agro Mutinensi seatur, petroleum, sive saxum appallatum. Sed ut redeamus, unde digressi sumus, bitumen Sodomeum non nisi fictium, uel impostorum malitia adulteratum aduertitur. Proinde Brasavolus in synecri defectu Mumiam à Mauritanis uocatam substituit, quod certò crediderit, mumiam esse legitimum Palestinum asphaltum. Quandoquidem existimauit, sicca tum Arabum, tum aliarum gentium corpora, que pro mumia ex Syria, & Aegypto Venetias deferuntur, cùm sint ex infima illius regionis plebeula, uice aloës, myrræ, croci, & balsami ex more Iudeo, duntaxat asphaltum impleri: quod eorum pauperies aromatum sumptus non toleret. Hoc fundamentum hinc tecesse uidetur, quod Strabo literis mandauerit bitumen Sodomei lacus in usu esse ad tutanda hominum cadauera. Sed quantum ipse ex Arabum scriptis deprompsit, apud eos M V M I A potius est pissaphaltum, quam asphaltum: siquidem scribit Anicenna, muniam eadem prestat, que asphaltus pice commixtus. Ex quo facile coniiscere possumus, cadauera illa pissaphalto tantum impleri. Cui etiam subscribit Serapio, qui de Mumia differens, ex Dioscoridis auctoritate, eadem, que Dioscorides de pissaphalto tradidit, ipse verbottenus ad mumiam retulit, sic inquiens. Mumia est in terris Apollonie: descendit nang; ex montibus, qui ducunt flumina cum aqua, & ejicit eam aqua fluminis in ripis, & est coagulata, & fit sicut cera, & habet odorem picis mixte cum asphalto cum aliquo factore: & virtus eius est, sicut picis, & asphalti mistorum. Unde potius afferendum putauerim, nostram Mumiam esse pissaphaltum, quam asphaltum. Et quanvis dicat Strabo bituminis Iudei usum fuisse ad conseruanda cadauera; non tamen negat, quin bituminis picem admisceant, sicut pissaphaltum facilitum. Verum Serapio, & Anicenna has misturas optime nouerant, utpote quibus non modo Syri, sed & sive gentis Maurizani ueterentur. Quo fit, ut Brasavoli sententiam


Pissaphalti
consideratio.

Fuch. & quo-
rundam lapus.

Naphthæ mē-
tio.

Brasa. opinio
improbata.

Mumiae con-
sideratio.



tentian non probandam existimem, quod scilicet vulgaris Mumia bituminis loco in componentibus medicamentis substituatur. Nanque Mumia preterquam quod est (ut puto) syncerum pißaphaltum, vel asphaltum pice mistum, concepit defluentem humorem, qui continuo è cadaveribus in sepuleris liquatur. Ex quo credendum est, eam non parum suam immutasse naturam. Porro satius ducerem Galenum, & Paulum consulere, qui in succidancis, si desit asphaltus, picem liquidam subdunt. Ceterum notare conuenit, Serapionem Mumiam Dioscoridis pißaphalto a diecisse, ut que aliquam inter se cognitionem haberent, ab iniucem non dislungeret: non enim erat nescius, huiuscmodi cadavera pißaphalto impleri, quemadmodum myrrha, croco, aloë, ac etiam balsamo simul admistis implebantur: que ueram tractu temporis conficiebant mumiam, cuius meminit eiusdem capitinis initio, his uerbis. Mumia sepulcrorum fit è myrrha, aloë, alijsq; rebus his additis, & humiditate, quam exudant humana corpora. Veruntamen hac nostra tempestate in Italiam haudquaquam aduehitur: quippe quod hac mistione nulla earum regionum cadavera praeter nobilium, ac diuitium condientur: & hi quidem sepultra habent sibi constituta, diligenterq; occlusa. Idecirco non ita facile istorum corpora suripi possunt à mercatoribus illuc profectis, ut minori tum difficultate, tum suspitione affiri possunt pauperum, & ignobilium, asphaltum pice mixto, vel ipso pißaphalto confarcta. Ideoq; apertissime falluntur, qui pro legitima Mumia arefactam istiusmodi cadaverum carnem assumunt, non autem eorum infarcitum, veluti seplastiariorum quam plurimi, qui carnes & ossa contundunt, eaq; medicamentis admiscent, que mumiam exposcent. Necessum igitur esset legitimam mumiam expertentibus, ut in hospitalibus nostris cadavera obiectum alioë, myrrha, et croco repleri curarent, eamq; deinde suo tempore eximi. Hanc tamen nostram sententia pluribus refellere contendit Petrus Bellonius Cenomanus, uir ex eo fortasse peritus iudicandus, quod profiteatur se Asiam, Græciam, Syriam, Aegyptum, & Arabiam per agrasse. Quippe qui putet, non altius esse Mumiam apud Græcos, & Arabas, quam pißaphalatum. Sed quod eius argumenta non sint tanti momenti, ut oppositum nobis persuadere possint, & quod potius idem hallucinetur, in epistolis, quas conscribere institui, adiuuante Deo, latius ostendam. Vbi etiam plurima eius errata attexemus, que in libellis, quos tum de medicamentis & cadavera seruantibus, tum de resiniferis arboribus, tum etiam de piscibus condidit, legendo adnotavimus. Quandoquidem nostrum in primis institutum non est in his commentariis nostris ad unguem tueri sententias, atq; ab erroribus, quibus notati erimus, nos vindicare; sed quantum possumus materiali medicam à mendis expurgare, eamq; illustriorem reddere, & in pistrinum candorem restituere conamus.

Porro Mumia, de cuius uiris iam nobis differendum est, (ut Arabes tradunt) quam plurimis pollet facultatis: siquidem secundo ordine tum siccatur, tum excalfacit: capitis dolores frigiditate abortos absq; humorum praesentia mulcet. Medetur hemicranæ, paralyti, oris distractionibus, comitialibus, uertiginosisq; si ex amaraci aqua naribus immittatur. Leucoij oleo, sive hyoscyamino grani pondere subacta, ad aurium dolores frigidos utiliter in earum concavitatem infunditur. Prodest quatuor granorum pondere ex thymbre decocto resoluta, gulae cruciatibus. Epoeta ex zizypharum, hordei, et myxorum decocto tribus diebus continua, tussientibus opem non modicam prestat. Granorum item quatuor pondere sumpta ex aqua menthe cordis affectus remouet: cum decocto uero cumini, anmi, & cari, tum ventriculi, tum intestinorum flatus discutit. Bibitur utiliter ab alto deuolutis ex filique Aegyptie medulla, additis Lemnia sphragide, & rubie radice. Hausta trium, vel quatuor granorum pondere singultum inhibet, si tamen ex cumini, & apij decocto assumentur. Erinis imposita, additis moscho, castoreo, caphura, & oleo balanino, naribus commode inditur ad diuturnos capitis dolores; praesertimq; cum adhibitis alijs, contumax morbus non soluitur. Gar-garizatur cum oxymelite aduersus anginam: & ad lichenis affectus ex cari decocto utiliter bibitur: & contra lethalia uenena ex decocto tribuli marini, & foetidi laserpitiij gumi iumento non modico sumitur. item ex mero contra scorponum iclus bibitur, iclisq; locis cum recenti bubulo butyro utilissime imponitur. Adstringit mumia illita externa sanguinis profluvia, pota uero interna: proinde perutilis ad cruentas excretiones. Ex caprillo lacte pota opitulatur exulcerata uescæ, internis penis desquamationibus, & urinam ægræ continentibus. Non defunt qui credant, humorum cadaverum ossa in puluerem redacta, & in potu exhibita uarijs corporis languoribus prodesse, os suum unicuique

Bellonij opinio explosta.

Mumia uires.

Bituminis hi-
stor. & uires
ex Galeno.

Nomina.

cuiq; membro tribuentes. Quod penitus refellendum non est: si quidem ipse plures uidi in comitiali morbo cranium humanum in pulucrem redactum maxime proficisse, sicuti etiam calculosis renibus, & eorum doloribus. Sed ad Bitumen redeamus, à quo nos penè dissunxerat mumia, ne à nostro instituto recedamus. Huius meminit Galenus lib. x i. simpl. medic. sic inquiens. Bitumen, unum & ipsum est ex ijs, que in aqua marina proueniunt, & in alia quapiam, que non est marine dissimilis, ut in Apollonio Epiri, & per alia id genus loca, multis aquis sponte nascientibus, seu spuma quædam innatans hoc medicamen reperitur, & molle quidem est, dum innatat, postea uero resiccatione pice siccatur. Optimum uero bitumen in mari, quod mortuum uocant, prouenit. Est autem id stagnum salsum in cœle, hoc est eaua, Syria. Cæterum medicaminis ipsius uis est tum resuscitatoria, tum excalactoria in secundo ordine. Merito itaq; eo utuntur & ad glutinationes vulnerum cruentorum, & ad alia omnia, que exsiccati debent cum modica excalfactione. Nomen eius Græcum est Ἀφαλτος: Latinum, Bitumen: Arabicum, Hafra ieiudi, sine Chefer alihead: Italicum, Bitume, & Asphaltum: Germanicum, Iudeum leim. Πίτασσα αλτος uero sic Græcis dicitur, ut Latinis Pissasphaltum: Arabibus, Mumie, Mumia, seu Mumia: Italos, Pissasphaltum: Hispanis, Cera de minera.

Kυπαρισσος. CUPRESSVS.

CAP. LXXXVI.



Cupressi hi-
storia.

Adami Loni-
ceri lapsus.

habentur Cupressi genera, mas scilicet, & foemina: hæc meta in fastigium conuoluta: ille uero ramos in latu spargens. Harum patria, ac proprium natale solon Creta insula est. namq; imbi quoquæ loco terra mouetur, subiectaq; sit, nisi scrantur alia, hæc sua sponte gignitur, atque protinus emigrat. In Ideis etiam montibus, qui ad Troadem spectant, non appellato solo, Cupressus numerosa sponte profluit. Quod admiratione non uacat, alibi non nisi tempore, & perquam diligenter cultura proueniens, & cultorem magnopere fastidiens. Odore Cupressi flumina, lacus, omnesq; aquosos tractus, quo fit, ut in eiusmodi locis sat& confestim inarecant. Quod si recte sciuissest Adamus Lonicerus, non tam facile (ut puto) scripsisset, cupressum humidis gaudere locis. Aspernantur & simum, quo etiam, si circumfossa impletatur, non multo post tempore percunt. Mira est Cupressi fecunditas: etenim trifera est. colliguntur eius cont mensibus ianuario, maio, & septembri. Semen ijs innascitur, granis adeo pusillus, ac minimis, ut atomis comparari possit: ob id enim ægre perspicitur. Non omitendum naturæ miraculum, ex tam paruo semine gigni tam proceras arbores. Semen mire formicis expeditur, ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum. quo fit, ut fructifera Cupressi nunquam formicis sint defitute. Cupressus perpetua coma uiret, eiusq; materies nec cariem, nec uetusatem sentit, ut etiam cedri, ebeni, loti, taxi, buxi, & oleæ. Proinde ueteres non aliam ob causam ex cupressina materie simulacea sculpebant, nisi quod ad eternam diutinatatem permanentia putarent, ueluti Romæ illud Louis in aree. Fert & Cupressus liquidam resinam largi similem, sapore uero acerrimam. Reliqua semina tradunt, folijs cupressi tuulis si misceantur, à uermiculis quibuscunq; non tangi, neque erodi. Lignum autem (ut aiunt) nulla temporis diuinitudine sua uolentiam exuit. Sunt qui pu-

fillam

20
CUPRESSVS refrigerat, & astringit. Cuius folia ex passo, & exiguo myrræ pota, uescit rheumatismis, & urinæ difficultati auxiliantur. Pilulae autem ex uino tusæ in dysenteria, alii fluxione, tufsi, & orthopnoæ, aut si reijciatur sanguis, conuenientissime bibuntur: earum decoctum eosdem præbet effectus: tusæ cum fico duritas emollient, nariumq; polypo medentur: in aceto coctæ, & cum lupinis detrita scabros unguis ejiciunt: hernias intestinorum prolapsu erumpentes illitu reprimunt. Folia eadem præstant. Pilulae cum arboris coma suffitæ, culices abigere existimantur. Folia trita, & imposita vulnera conglutinant, sanguinem suppressunt: trita ex aceto capillum tingunt: illinuntur per se, aut cum polenta ignibus sacris, ulceribus quæ serpunt, carbunculis, & oculorum inflammationibus: admota cum cerato stomachū corroborant. 30

40
T A M E T S I Cupressus arbor notissima sit in Italia: quin etiæ uulgaris sint notitiae eius fructus, quos tam Græci, quam Latini conos appellant; attamen cùm nibil de eius historia memorie prodiderit Dioscorides, ut lectoribus undequaq; sit satisfactum, hic nobis differendum est, quantum hac in historia à Plinio, alijsq; nonnullis edocti, cognoscere quiuimus. Aduena igitur quondam fuit Italie Cupressus, & difficillime nascentium, natuq; morosa, ut que in educatione plurimum diligentie exspectat, & præsertim in locis, ubi suæ natura non prouenit. Tradiderunt ueteres cupressum Diti sacrum: & ideo funebri signo eius ramos ante domos ponere solebant, ubi aliquis defunctus iaceret. Ex quo more creditur eius umbra infusa, nec quidem gratiosa. Duo

50
habentur Cupressi genera, mas scilicet, & foemina: hæc meta in fastigium conuoluta: ille uero ramos in latu spargens. Harum patria, ac proprium natale solon Creta insula est. namq; imbi quoquæ loco terra mouetur, subiectaq; sit, nisi scrantur alia, hæc sua sponte gignitur, atque protinus emigrat. In Ideis etiam montibus, qui ad Troadem spectant, non appellato solo, Cupressus numerosa sponte profluit. Quod admiratione non uacat, alibi non nisi tempore, & perquam diligenter cultura proueniens, & cultorem magnopere fastidiens. Odore Cupressi flumina, lacus, omnesq; aquosos tractus, quo fit, ut in eiusmodi locis sat& confestim inarecant. Quod si recte sciuissest Adamus Lonicerus, non tam facile (ut puto) scripsisset, cupressum humidis gaudere locis. Aspernantur & simum, quo etiam, si circumfossa impletatur, non multo post tempore percunt. Mira est Cupressi fecunditas: etenim trifera est. colliguntur eius cont mensibus ianuario, maio, & septembri. Semen ijs innascitur, granis adeo pusillus, ac minimis, ut atomis comparari possit: ob id enim ægre perspicitur. Non omitendum naturæ miraculum, ex tam paruo semine gigni tam proceras arbores. Semen mire formicis expeditur, ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum. quo fit, ut fructifera Cupressi nunquam formicis sint defitute. Cupressus perpetua coma uiret, eiusq; materies nec cariem, nec uetusatem sentit, ut etiam cedri, ebeni, loti, taxi, buxi, & oleæ. Proinde ueteres non aliam ob causam ex cupressina materie simulacea sculpebant, nisi quod ad eternam diutinatatem permanentia putarent, ueluti Romæ illud Louis in aree. Fert & Cupressus liquidam resinam largi similem, sapore uero acerrimam. Reliqua semina tradunt, folijs cupressi tuulis si misceantur, à uermiculis quibuscunq; non tangi, neque erodi. Lignum autem (ut aiunt) nulla temporis diuinitudine sua uolentiam exuit. Sunt qui pu-

fillam

fillam cupressum, nonnullis etiam Cipresso uulgò dictam, abrotorum scemnam uocent, à similitudine, quam hæc cum arbore in multis habet. Idcirco nec fortasse aberraret, qui certò crederet, Plinium libro x xiiii. capite x v. de chamaecyparis berba differentem, de hac intellexisse: præsertim cùm tradat, ipsam ex uino potam contra serpentum onnium uenena, scorponumq; ictus pollere: siquidem & nostra hac etate pleriq; abrotorum scemnam ad idem usurpant. Quod item ad alui tinea nec andas bellarijs immiscent, ut arte pueros ad comedendum alicant. Hetruscæ hanc Santolinæ uulgò nominant, de qua ciui libro tertio in abrotoni mentione nobis latius sit differendum, hic pluræ dicere superuacuum esset. Cupresi meminit Galenus libro vii. simplicium medicamentorum, sic inquietus. Cupresi folia, germina, pilule recentes, & molles magna uulnera conglutinant in duris corporibus: ex quo clarum est, quod ressecandi uin habet absque insigni acrimoniam, aut caliditatem, sicut certè & gustus testificatur. Apparet enim in ea leuis quidem acrimoniam, sed plurima amaritudo, multoq; etiam plus acerbitas in tota planata. Tanta ei inest acrimoniam caliditasq;, quanta satis sit deducendæ in altum acerbitat, ac nullam tam mordicationem, aut caliditatem in corporibus efficiat. Proinde in alto latentes in flaccidis, putrescentibusq; affectibus humiditates innoxie, tutoq; depascitur, atque absunt: cùm que excalfaciunt simul, desiccantq;, eas quidem que contentæ sunt, absunt: ceterum acrimoniam, & caliditatem alias attrahant. Sic enterocelicos iuuat: siquidem exiccat, roburq; addit corporis partibus per humiditate laxis, utpote cùm adstrictio in altum subeat, deducente ipsa caliditate, que admista est, cum seruante modum, ut deducere quidem ualeat, non tamen mordicare queat. Quidam ea utuntur ad carbunculos, & herpetes polente miscentes, tanquam absunt at citra excalfactionem eos morbos facientem humiditatem. Sunt qui ad erysipelas utantur, admista nimis polenta cum aqua, aut oxyerato aquoso. Ku Nomina. πράσινος Græci uocatur: Latine, Cupressus: Arabice, Saro, aut Seru: Italie, Cipresso: Germanice, Cypresen: Hispanice, Cipres: Gallice, Cypræz.

Aeneus. IVNIPERVS.

CAP. LXXXVII.

IUNIPERI genera duo: altera maior, altera minor. vtraque acris est. Excalscit, & vrinam mouet: accensa serpentes fugat. Baccarum nonnullæ nucis iuglandis magnitudine nonnunquam grandescere, alia nucem Ponticam æquare inueniuntur, rotundæ, odoratæ, in mandendo dulces, subamaræ, quæ arceuthides etiam, id est, baccæ Iuniperi, nominantur. Modicæ calfaciunt, & astringunt, stomacho utiles: contra pectoris vitia, tufsim, inflationes, tormenta, & serpentium ictus efficacissimè bibuntur: vrinam cent, unde ruptis, conuulsis, & vuluæ strangulati subueniunt. Folia acrimoniam habent: ideo tam ipsam, quam eorum succum ex uino contra viperarum morsus illini, aut bibi prodest. Corticis cinis cum aqua illitus, lepras eximit.

R E P E R I V N T V R Græci Dioscoridis codices (ut etiā Juniperi con- adnotatum reliquit Marcellus) in quibus Iuniperi caput prorsus sideratio.

depravatum legitur, quibusdam additis, que Dioscoridis doctrinam minime sapiunt. Siquidem nec Galenum, nec item Paulum Aeginetam, minusq; Serapionem, qui tamen uerbōtenus Dioscoridis scripta per capita singula refert, illud usquam posteritatis memorie prodidisse constat, quod scilicet ramenta ligni Iuniperi epota homines perdant; præsertim cùm eius baccæ contra serpentium ictus efficacissimi deuorentur: bibaturq; ac illinatur foliorum expressus succus ad viperarum morsus. Adde etiam quod factio periculo id omnino falsum esse deprehendatur. Quare non modo non credendum, sed ne cogitandum quidem, eiusmodi ineptias à Dioscoride scriptas: quin potius illi adscriptas esse existimandum. His ergo rationibus adductus, non temere partem illam, ut-

pote addititum, ex hoc capite resecandam duxi. Major, & minor Iuniperi species in pluribus Italia locis reperiuntur. Tuscia urbana adit, quæ in proceram arborem assurgunt, uisunturq; ha frumentales in agro nostro Senensi: quærum fructus sylvestribus & crassior, & dulcior habetur. Iuniperi materies ad centenarios annos incorrupta perdurat: proinde iusit Hannibal (ut Plinius tradidit libro xvi. cap. xl.) templum Diana Ephesia Iuniperinis trabibus extrui, quod per multas etates esset duraturum. Igitur mirari non licet, si chymistæ assuerant, carbonem Iuniperinum accensum, & suo cinere obrutum ignem integro anno souere. Profert ex se Iuniperus gummi mastichæ simile, quod & Sandaracham, & Vernicem appellant. Hoc primum cùm metitur, candido splendescit colore: senescens uero in rufum abit. Porro haud ignorandum est, hæc Arabum sandaracham à Dioscoridis sandaracha perquam longè disidere. Namq; Græcis sandaracha est fossilis ad arsenici, sive auripigmenti genera referenda, erodens, & exsiccante medicamentum, ut amplius in quinto libro, Deo duce, dicemus. Verum hæc sandaracha nomenclatio in gun-

Gummi Iu-
niperi.

mi

mi Juniperi inuecta fuit à medicis, qui Mauritanos secuti sandarax Arabicum nomen (sic enim Arabes Juniperi gummi uocant) in sandaracham conuerterunt. Quamobrem illud adnotandum esse uidetur, quod ubi Arabes, sandaracham medicamentis inferendam esse precepint, gummi Juniperi immiscendum intelligunt: ubi uero à Grecois de sandaracha sit mentio, fossilis illa rufa, & auripigmento similis, est intelligenda. Non desunt tamen qui uelint Mauritanorum Sandaracham non esse gummi Juniperi, sed Oxycedri. Quorum equidem iudicio ausim facte subscrivere. etcetum pauci admodum sunt, qui non putent oxycedrum esse Juniperum maiorem: adeò ut pleriq; uulgariu[m] illam ab hac nesciant distinguere. Tradit Plinius libro xiiii. cap. xi. plura gummi genera, ubi gummi Juniperinum ad nihil esse utile scribit. Cuius tamen frequens usus in medicamentis contrarium indicat. Quippe hoc Syncero, & oleo ex lini semine presso, fit uernix liquidus: cuius est usus ad illustrandas picturas, & ad nitorem ferri conciliandum: utilis etiam ad amputata, & precipiu[m] ad dolores, & tumores hemorrhoidum. Siccus uernix, hoc est gummi Juniperi (ut author est Serapio) destillationes suspendit, mensum profluua sifit, sinus exiccat immistus, haustus uero pituitam, que uentriculo, & intestinis hæserit: tinea & cetera uenitris animalia necat. Nervorum resolutionibus, quas humores frigidi contraxerint, opitulatur. Capitis destillationes suffitu discutit. Idem exceptus sanguinis excreciones supprimit, & hemorrhoidas fluentes illitus. Addito tum rosaceo, tum myrtino sedis rimas coeret, & hiantibus frigore manuum, pedumq; scissuris illitu succurrat. In summa calfacit, & siccat primo recessu. Est & Sandaracha ceraginosi mellis genus apud Plinium, qui de ea libro x. cap. vii. ita scribit. Præter hec conuehitur Erithace, quam alij sandaracham, alij cærinthium uocant. Hic erit apum, dum operantur, cibus, qui sepe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, & ipse amari saporis: gignitur rore uerno. hæc tenus Plinius. Ceterum oleum, quod ex Juniperi materie (ut chymisti dicunt) per descensorium duobus aduersis fistilibus, tum pariter uitreis instrumentis elicetur, calidum ore contentum dentium dolores mirificè mulget, si tamen frigida defluxione afficiantur. Fit ex bacis hoc longè præstantius, odore perquam incundo. Juniperi meminit Gal. lib. v. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Juniperus, calida, & siccata utriq; tertij ordinis. At fructus similiter quidem calidus est, sed non simili ter siccus, uerum in hoc primi fuerit ordinis. Arbor Græca uoce ἄρπευβις dicta, Latina Juniperus appellatur: Mauritana, Arconas, aut Archeneas: Italica, Ginepro: Germanica, Vuelscholter, & Krametbaum: Hispanica, Enebro: Gallica, Geneure. Etius autem gummi Græci uocant οἵμης ἀρπεύβιος: Latini, Gummi juniperi: Mattitani, Sandarax: Itali, Gomma di ginepro: Germani, Vernis: Hispani, Verniz: Galli, Vernix.

Gummi Juniperi usus.

Sandaracha alia Plinij.

Juniperi uires ex Galeno. Nominz.

Sabinæ confideratio.

Selago Plinij.

Opiniones quorundam reprobatae.



quarum in sua Dioscorides non meminit. Vnde factum est, ut quidam putauerint, eam maiorem iuniperum esse, alij uero thuiam, quam Theophrastus memoria prodidit lib. & cap. v. de historia plantarum. Verum utriq; meo iudicio, in errore uersantur: illi quidem, quod hæc planta nec folio, nec flore, neq; fructu, non materie, non odore, neq; sapore, non cæteris deniq; notis iuniperum referat: hi uero, quod thuiam, ut est auctor Theophrastus, nascatur apud Am-

Bæðus. SABINA.

CAP. LXXXVIII.

SABINA duorum generum est. Una folijs cupresso similis, spinis horridior, grauiter olens, acris, & feruens. arbor est coactæ breuitatis, que se se magis in latitudinem fundit. huius folijs nonnulli pro suffitu vtuntur. Altera tamarici folio similis est. Vtriusque folia nomas fistunt, collectiones illitu mitigant: quin & cum melle illita nigritias, lordesque repurgant, & carbunculos rumpunt: cum vino pota sanguinem per urinam eliciunt: partus ap posita extrahunt, & suffitu idem præstant. Vnguentis cal facientibus immiscentur, & priuatim gleucino.

SABINA planta est in Italia vulgaris notitiae, illa scilicet, que à Dioscoride primo generi assignatur, folijs cupresso similis, spinosior. uerum eius folia non adeò plenè uirent, ut Cupressi, & in cacumine aculeata conspiciuntur. Quod tamen sepe imperitis negotiis exhibet: siquidem aliquando uidi pro sabina assimi quan dam herbam dodrantalem, que quibusdam in montibus plurima nascitur, folio tamaricis, licet nec odore, nec sapore sabinam referat. Hanc saepius existimau[er]i esse Selaginem à Plinio lib. xiiii. cap. x. commemoratam. Nanq; inibi selaginem esse affirmauit, sabinæ similem. Olim selaginem contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum uitia suffitam prodeſſe. At tanta exitit tunc temporis superstitionum magorumq; uanitas, ueluti & hoc xuo apud pleriq; gentium turbas uisitatur, ut i[n] nunquam ad selaginem legēdam accedent, nisi prius Dijs sacra fecissent. Quin & eam inualidam omnino censebant, nisi dextra manu, & nudis pedibus legeretur. Ceterum non desunt, qui plantam hanc, cuius hic imaginem damus, negent legitimam Sabinanam esse, hoc, ni fallor, argumento, quod hæc baccas proferat,

30

40

50

monis

monis delubrum, atq; in Cyrenensi agro, forma cupresso similis cum ramis, tum folijs, caudice, fructuq; uel potius ceu cupressus sylvestris. præterea quod, ut idem scribit, thuiæ materies omnino incorrupta perduret, nihil eius radice crissius sit, atq; simulacra ex ea antiqui sculpere sint soliti, quem admodum ex cedro, cupresso, loto, & buxo. Hæc autem arbor conos seu galbulos non fert cupressi modo, sed bacca: caudice non attollitur longo, sed eo breui conten ta est: materie non constat incorrupta solidaque, sed caudata & fungosa: non ut ibius peculiaribus locis gaudet, sed ubiq; ferè locorum nascitur. ut hinc manus atq; evidentius discriminem in ijs plantis appareat, quam ut illorum error, qui eas unam faciunt thuiam, pluribus explodi mereatur. Sed certe relinquuntur, ut miremur eos, qui stirpem hanc, quam depictam exhibemus, ueram Sabina esse inficiantur, cion nullis careat notis ex ijs, quas illi Dioscorides reddidit. Ea enim arbor conspicitur coactæ breuitatis, que in latitudinem magis effunditur, folijs cupresso similis, spinosior tamen: quin & grauius olet, & acris feruensq; sentitur. Atqui illud nobis obisciunt, quod Dioscorides in descri benda Sabina nullam baccarum mentionem fecerit. id mehercule, quod legatur, non fecit. Sed quid dicent ij, si in quam plurimis plantis ex ijs etiam, que ab omnibus legitime habentur, plures notæ, & eæ quidem precipue, non nunquam desiderentur: quas nimurum Dioscoridem omisisse credendum est, uel quod plantæ eæ essent alioqui uulgo cognitæ, uel quod omnes earum partes non satis exploratas haberet, uel alias ob causas, quas prosequi non est hic locus. quarum omnium aliqua facile potuit esse, cur Sabinae bacca: non adnotatas reliquerit. Addam & id fortasse ex eo euensi, quod Sabina frequenter sterilis occurrat, quam fructifera. Nam (ut equidem fateri possum) inter innu meras Sabine plantas, quas uarijs in locis mibi uidere contigit, tres duntaxat memini me obseruasse, que baccas ferrent, & eæ quidem rubentes ac iuniperinis maiores. Id quod me quandoq; adduxit, ut putauerim in hoc Sabine ge nere marem & foemina reperiri: atq; alteram raram esse in Italia, quemadmodum eam quoq; raro uidimus, quam 20 Dioscorides secundo loco representauit, tamarici folijs similem, non autem aculeatam. Ex ijs igitur merito colligen dum esse arbitror, hanc nostram Sabina esse legitiman, ut que non solam notis Dioscoridis delineationi pulchre re spondeat, sed etiam facultatibus. Porro Petrus Bellonius de arboribus coniferis differens, ijs inepte satis, meo qui dem iudicio, Sabinan admisit: atq; in ea describenda, quam secundo loco ponit Dioscorides, mibi non parum halluci natus deprehendit, quod constanter affirmauerit se uidisse frequentissimum hoc Sabine genus in Amano & Olym po Phrygicæ montibus, tota facie iuniperum maiorem referens, magnitudine amygdale arboris maioris, folijs cupres so per omnia similibus, bacca: per maturitatem in cæruleo nigricantibus, & caudice resinam ferente. Etenim Dio scorides non tradit que sit huius plantæ facies, & que magnitudo, sed eam in folijs tantum à priori uariare scriptum reliquit. Quod non alia de causa auctorem bunc fecisse reor, quam quod sciret nullum utriusq; esse in reliquis notis di scrimen. Quare quod alterum Sabine genus tota facie iuniperum maiorem referat, magnitudine amygdalum arbo rem æquet, cupressum folijs prorsus emuletur, & ex caudice resinam fundat, ut Bellonius suum depingit, mibi quidem plane absurdum uidetur. Sed quod rem hanc turpiter confuderit Bellonius, uel ex eo manifestum esse puto, quod quam plantam nunc Dioscoridis alteram Sabinan asserit, eandem paulo post arborem illam constituit, quam Plinius lib. xii. cap. xvii. Brutam appellat, quasi Plinius non meminerit utriusque Sabine lib. xxiiii. cap. xi. Tantum quidam suis peragrationibus tribuendum esse putant, ut eos non pudeat sepe absurdas, & fabulosas, & que cum sum mis & probatissimis auctoribus pugnant, narrare ac scriptis tradere. Neq; certe id propterea dico, quod peregrina tiones dannem, quas semper, Galeni exemplo, utilissimas duxi ad legitimæ simplicia medicamenta cognoscenda. Sed optarem, ut ij, qui multas regiones peragravunt, illa tantum in medium proferrent, que essent rationi & ueritati con sona, & ueterum scriptorum auctoritate comprobata. Quod si à Bellonio, qui tot terras se peragrasse profitetur, factum esset, nimurum eas laudes iure sibi comparasset, que rei medicæ inquisitoribus maximæ debentur. Atque hæc 40 obiter dicta sunt. Quod autem idem Bellonius primum Sabine genus eam arborem suspicetur, quam Theophrastus thuiam nominat, non miror: nam & alij idem sentiunt. Verum quandoquidem hanc opinionem superius abunde (ni fallor) improbauimus, ideo hæc non est ut plura addamus, atq; idem repete superuacuum esset. Reliquum igitur est, ut Sabine suas uires reddamus: de quibus Galenus lib. vi. simplicium medicamentorum differuit ijs uerbis. Sabina ex numero est fortiter exiccatum, idq; secundum tres qualitates, quas in gustu præ se fert, similiter cupresso, nisi quod ea & acrior est, & ut sic dixerim, magis aromaticæ, seu odoratior. Igitur huius, quam modo dixi qualitatis est particeps, nempe acrimonie consistentis in temperamento calido, præterea amaritudinis, & adstrictionis obscurioris, quam in cupresso. Siquidem quanto magis acrimonia superat, tanto etiam potentius digerit. Itaq; glutinare nequit obsecritatis, & caliditatis robur. nam utriusq; illi tantum ineft, ut etiam tendat, & inflammationem afferat. At putredinibus similiter cupresso accommodari potest, maxime ubi rebelliores fuerint, & diu turniores. nam he citra noxiam uim medicamenti perferunt. Quin & que atra sunt redditæ, & admodum sordida, ea cum melle expurgat: carbunculos item soluit. Porro essentiæ tenuitate menses quoque prouocat, ut si quid aliud, & sanguinem per urinas mouet. Fœtum etiam uiuentem interficit, & mortuum ejicit. Esto autem hoc medicamen tertij ordinis, tum ex calfactientium, tum desiccantium ex numero eorum, que uel maxime tenuium sunt partium. Et hoc utiq; nomine unguentis inditur, & maxime gleucimo, & in multis antidotos iniicitur. Quidam uero etiam cinnamoni uice duplum eius subiicit. Est enim extenuandi, & digerendi facultatis, si epotum fuerit. Βρεδος Græcæ, Sabina Latinæ Nomina. uocatur: Arabice, Abel, Abhel, seu Albar: Italice, Sabina: Germanice, Seuenbaum: Hispanice, Sabina: Gallicæ, Sauiniera, aut Sauinier.

Bellonij opiniō absurdā.

Sabine uires ex Galeno.

Nomina.

Kedros.

Kēδρος. CEDRVS.

CAP. LXXXIX.

CEDRVS arbor magna est, ex qua picem colligunt, quæ cedria uocatur. Juniperi modo baccas parit, baccarum myrti magnitudine, rotundas. Cedria optima est crassa, perlucida, grauis odoris: quæ dum effunditur, guttatum non dissipata coit. Cui ea uis ineft, ut defuncta corpora conseruet, & uiuentia corruptat: qua ex causa mortuorum uitam aliqui eam appellauere. Vestimenta quoque, & pelles eximia calfaciendi, & siccandi dote, corruptit. magni ad ocularia medicamenta usus: quippe illita oculis claritatem affert, albugines cicatricesque detergit: instillata autem cum aceto, uermes aurium necat: cum hyssopi decocto infusa sonitus, sibilosque sedat: causis dentium indita eos frangit, & dolores leuat: idem facit cum ex aceto colluitur: perunctione ante coitum genitali, concipiendi uim adimit: anginæ ea perunguntur, tonsilarum inflammationibus auxilio est: lentes, pediculosq; illitu enecat: cerastræ morsibus cum sale imposita subuenit: contra hausta leporis marini uenena, in passo sumpta, auxiliatur: in elephantia aut linctu, aut perunctione proficit: pulmonum ulceram purgat, & si cyathus eius absorbeat, persanat: vermes, & tinea subter indita necat, & partus extrahit. Fit & oleum à cedria separatum dum coquitur, uelleribus supra halitum eius expansis, ut in pice. Eiusdem ad omnia usus: priuatim uehementer perunctione, scabiem quadrupedum, canum, boumque persanat: ijsque inhærentes ricinos enecat, & ulcera, quæ ex tonsura acceperunt, ad cicatrices perdicit. Cedrides cedri fructus uocantur. Calfactoriam vim habent: stomacho aduersantur: auxilio sunt tufsi, conuulsis, ruptis, stranguriæ: menses ciunt ex polline piperis poti: contra haustum leporum marinum in uino sumuntur: serpentes fugantur, perunctione ex adipe ceruino, aut medulla, corpore. In antidota adduntur. † Fuliginem, quomodo ex pice, congeri oportet: quæ candem, quam picea fuligo, uim præbet.

CEDRVS PHOENICIA.

Cedri arboris
confid.

CEDRI arboris Theophrasto, Plinio, & Galeno duplex est genus, nempe maius & minus. Maius omnibus arbor est eximie magnitudinis, & proceritatis, atque à minori planè differens materie, cortice, folijs, & fructu. Plinius maioris cedri duo genera facit lib. xiiii. cap. v. ubi ita scribit. Et maioris cedri duo genera. quæ floret, fructum non fert: fructifera non floret, & in ea antecedentem fructum occupat nouus. semen eius cupresso simile. Quisdam cedrelaten uocant. Ex hac resina laudatissima. materie uero ipsi æternitas. itaq; & simulacra deorum ex ea factitauerunt. Et libro xiiii. cap. v. idem inquit. Cedrus magna, quam cedrelaten uocant, dat picem, quæ cedris

CEDRVS LYCIA.



dria uocatur. hactenus Plinius. Qui fortasse non incepit magna cedrum cedrelaten appellavit, quoniam cedri arbores, que in monte Libano proueniunt (ut mihi retulerunt amici, qui uniuersam ferre Syriam peragrarunt) tota facie abietem referunt. Abies autem Græcis ἡλάτη dicitur. unde cedrelate poterit cedrabies Latine reddi. Arbor hæc (ut ijsdem mihi narrarunt) adeo magna & procera est, ut nusquam arborem se uidisse affirment, que cedrelaten magnitudine excellat. Cortice uestitur leui & glabro, ea parte excepta, que à terra ad primos usq; ramos attollitur: hec enim aspera cernitur. corticis color est ceu loti arboris. Rami ab imo usq; ad cacumen fere in rotu modum per interualla caudicem cingunt, & spatiantur: qui tanto minores uisuntur, quanto superius erumpunt. hinc est, quod eminus conspecta arbor pyramidis faciem representat. Folia illi capillata assignant, ueluti larici, uel pino, breviora tamen, & minimè aculeata. id quod etiam testatur Plinius lib. xvi. cap. xiiii. Conos profert piceis emulos, uerù longiores, duriores, & vegetiores, pediculo pertinaciter inherentes. in quibus semen includitur cupresso simile, ut Plinius tradit. Caudex resinam fundit albam, & liquidam: sed tractu temporis, solis feroore in grumos concrevit. Sunt qui afferant, hanc cedrum duplē resinam ferre: atque alteram intra cōticem uomice modo coaceruari, ut abiegnam lacrymam in abiecte oriri superiuia diximus: alteram uero extra cōticem emanare. utraq; ab arbore cedri nominant. Hæc sunt, que de magna cedro à peregrinis accepi. In quibus utiq; admirari subit, quod Theophrastus, & hunc sorte secutus Dioscorides scripsierint indifferenter cedri genus omne fructum edere iuniperi baccis similem, crassiorē. nam reuera Cedrus magna, de qua hic tantum scribit Dioscorides, conos parit piceis similis. Porro Cedrus cor habet durissimum, ac odoratum, colore perinde rubens atque larignum. Tota cedri materies durissima. quam ob causam credidere maiores, eam neq; cariem, neque uetus tam sentire, sed æternam esse. Qua etiam ratione ductus Salomon Hebreorum rex Dei optimi maximi templum Hierosolymis ex cedri materie extruendua curauit. Ex ea quoq; prisci simulacra facti arunt, existimantes tantam illis inesse diuturnitatem, quam tam marmoreis, aut metallicis. Cedri materies optima nauigis non modo extruendis, sed & palatiorum, & arcium fabricis conueniens: quippe quoniam incorrupta quasi in perpetuum perdurat. Cedrus saxosis & frigidis locis gaudet, & montes amittit p̄ ceteris tractibus. Perpetua coma uiret, qua si castretur, decacuminata demoritur, nec unquam inde regerminat, utpote & cupressus, pinus, larix, & altiarum plures. In Aegypto ac Syria (ut Theophrastus & Plinius narrant) reges inopia abiectis cedro ad classes feruntur usq;. Maxima ea in Cypro traditur ad undecimem Demetrij succisa, centum triginta pedum longitudinis, crassitudinis uero ad trium hominum complexum. Ceterum minoris cedri binē item species sunt (ut predicti auctores testantur) Lycia, & Phœnicia, iuniperi similitudine. differunt folio: nam Phœnicia folium habet iuniperi, durum, spinosum, acutum, & ob id oxycedros appellatur. Lycia uero folio constat minore, frequentiore, longè minus aculeato, ut ita iuniperum paruan quadratus referat: cortice obdueitur subrubro, & ramos emitit lento, uitium in star. Vt rāque omni tempore fructum gerit: uerū in oxycedro maior & pulchrior spectatur. Phœnicia cedrus frequentissima nascitur in Istria, atque etiam in nonnullis Iapide locis, iuniperi admodum similis, nec nisi fructu differens, maiore, rubente, ac dulci: quotamen eam incolae à iuniperi nesciunt secernere. At cum ipse oxycedri ramusculo essem donatus à Georgio Reffinger primoario provincie Carniolie medico, qui illum ex Pessino Istriae oppido secum attulerat, rubentibus baccis undique refertum, eaq; in memoria haberem, que apud Theophrastum, Galenum, ac veteres alios legeram, mihi quidem fructum intuenti statim inclinauit animus, hanc plantam minorem esse cedrum. Etenim (ut memorant stirpium scriptores tum veteres, tum recentiores) difficile admodum esset dignoscere oxycedrum à iuniperi, nisi huic cerasus, pumilusq; illi uero flauus rubensue, ac grandior fructus inesset. Eam igitur plantam, quam in Istria nasci dimicimus, & cuius hic effigiem damus, non majoris cedri genus ullum, sed minoris speciem esse censemus, nimurum 40 Phœniciam, que & oxycedros uocatur. De Lycia autem cedro quid sentire, uel quam plantam pro ea in medium proferrent, hactenus non habui, ut que mihi plane incompta esset. Sed hoc anno, dum Pragæ Bohemorum ago, plantam mihi ostendit Adamus Leonorus spectate doctrine, & magnæ speciuenis, ex quibusdam Moraviae montibus à quodam iulgari herbario pro Sabina allatam. Ut autem ille hanc ueram cedrum Lyciam adiuuenit, & pro ea mihi demonstrauit; ita mihi eius cognitionem illi acceptam referre iucundum est: atque ideo ipsam pictura, quam hic damus, exprimere curauit. Huius plantæ folia si digitis atterantur, suauissimum spirant odorem, illi quidam tenus similem, qui in pinorum strobilis percipitur. Ea baccas profert, longè tamen minores quam altera, que in ramisculorum tantum acuminibus prodeunt. Haec non secus ac ille primo exortu uirent, mox flavescent, denique rubent ubi plene maturuerint. Saporem habent subamarum, atque non obscurè odoratæ sentiuntur. Manat ab arbore cedri (ut supra dictum est) etiam resina, que propriæ Cedria dicitur, utilis ad multos in medicina usus. Sed 50 hanc ad nos non adferunt Cypri, neque mercatores, qui ex Syria mercimonia conuehunt: tametsi regiones illæ plurimis (ut aiunt) cedris maioribus scatent. Petrus Bellonius lib. i i i. de medicato funere, item libro de coniferis arboribus putat non modo cedrum Cedriam fundere, sed & piceam, tedam, laricem, cupressum, iuniperum & betulam. Quinetiam idem suis male excogitatis cedrijs eas omnes facultates assignauit, quas Dioscorides, Galenus, & alij quam plurimi auctores cedriæ duntaxat reddiderunt: adeo ut magno ac ridendo errore dixerit suas hæc cedriæ defuncta corpora conseruare, quemadmodum ea conseruat legitima cedria. quasi idem quoque uelit, quod picea, pinus, larix, cupressus, iuniperus, & betula nullis prorsus inter se facultatibus differant. Neque certè alia uidetur mihi auctoritate uel ratione ductus, ut in hanc inerit sententiam, quam hac, quod scripsierit Plinius lib. xvi. cap. x i. piceam in Syria cedrium uocari. Sed quod Bellonius maximè hallucinetur, utpote qui Plinium non recte intellexerit, ex uerbis Pliniij, que modo subijcam, satis, ut puto, manifestum fiet. Piz, inquit, liquida in Europa è teda coquitur nauilibus muniendis, multosque ad alios usus. Lignum eius concisum furnis undique igni extra circumdato feruet. Primus sudor aquæ modo fluit in canali. Hoc in Syria cedrium uocatur. cui tanta uis inest, ut in

Cedri minoris genera.

Bellonij opinio fallax.

Aegypto

Aegypto corpora hominum defunctorum ea perfusa seruentur. Ex ijs Plinij uerbis non aliud (meo quidem iudicio) intelligi potest, quam quod Syri liquorem illum cedrum uocauerint, quoniam olim ij ex cedro tantum picem suam conficiebant, ut ea in Europa e teda sit. Quod autem pix ex cedro paretur, authores esse possunt Dioscorides, Galenus, & Plinius: non tamen contra, quod cedria ab alijs resinxeris plantis desfluat. Addc quod a veteribus, nempe Theophrasto, Dioscoride, & Galeno, nusquam (quod equidem sciam) memoriae proditum est, resine aut picis genus illum defuncta corpora conseruare, & uiuentia corrumpere, preter cedram, de qua omnes illi id scriptis tradiderunt. Ex quo abunde constare arbitror, Plinium quidem loco citato de pice tantum cedri scripsisse, Bellonum uero in hoc similiter hallucinatum fuisse, atque in alijs pluribus rebus, ut aliquando, Deo uiuante, latius ostendimus. Ceterum uariat in Dioscoridis codicibus de cedra lectio. Quippe vulgata Βαρέα τὸ σμύνη habet, id est grauis odore, cum tamen antiquissimus codex manu scriptus habeat ἐντος τὴν οσμήν, id est uechemens odore. quod indicat cedram esse uechementer odoratam, non autem grauiter olere. Quod etiam maximè testatur Virgilius libro VII. Aeneidos his uerbis de Circe canens.

Proxima Circe & raduntur litora terræ,
Diues inaccessos ubi solis filia lucos
Afiduo resonat cantu, teatisq; superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrente pecline telas.

Fuchsij opini-

Gummi cedri meminit Fuchsij uir eruditissimus libro illo de componendis medicamentis, quem postremò locupletatum excudit, in compositione antidoti Mithridatis: proq; eo, quando non posse inueniri, lacrymā abietis substituendam præcipit, ratus utiq; eandem utiq; facultatem inesse. At ego quidem Galenum secutus malim ladanum substutui, donec ab alijs aptiora proferantur, quorum meliori iudicio subscribendum sit. Neq; inepte fortasse iuniperinum gummi illius uicem supplere poterit: quandoquidem constat omnibus rei herbarie studiofis tantam inter cedrum & iuniperum esse similitudinem, ut altera ab altera uix discerni posset, nisi ea esset differentia, que in baccis utriusque manifesta deprehenditur. De Citris autem, quibus aurea totius ferè Italie uiridaria exornantur, tam in Tyrrheni, quam Benaci litoribus in sequentibus, capite de malis, ubi ipsorum mentionem facit Dioscorides, adiuuante Deo, plura dabuntur. siquidem arbor illa ab hac, de qua nunc agitur, plurimum differt. Cedri meminit Galenus libro VII. simplicium medicamentorum his uerbis. Cedrus specie duplex est, altera fruticosa iuniperis adsimilis, altera arbor non exigua. Vtraque est calida, siccæq; temperaturæ tertij quodammodo ordinis secundum utrunque. Ceteram Cedrea (uocatur ita cedri oleum) quartum etiam ordinem uidetur attingere, abunde calida simul, & tenuum partium. Molles itaq; carnes prompte citraq; dolorem putrefacit, sicut alia omnia, que cum eiusdem sint in calfa= ciendo ordinis, adiunctam etiam habent substantie tenuitatem. At in duris plusculo tempore, & uix operatur. Porro talia omnia medicamenta septica uocantur, & septa: sed inter se maioris, minorisq; ratione disident. Est autem in hoc genere medicamentorum ex primo, & infirmissimo ordine cedrea: pleraque enim eorum admodum sunt efficacia. Talia itaque & mortuorum corporum carnes corrumpunt: at cedrea exiccat, simulq; à corruptione tueatur corpora demorta, utpote humiditates eorum superfluas depascens, & etièm solida corpora haud attingens. At in uiuentibus calor ipse, qui in corporibus est, cedreæ uires adaugens, causa efficitur, ut teneræ ab ea carnes decurantur. Nec mirum uideri debet, si cum tanta potentia lentes, pediculos, & tineas, & in auribus natos uermes interficere ualeat, tum factum apposita uiuentem quidem interimat, mortuum autem ejiciat, sicut sanè etiam in coitu semen, pudendo circumlita. proinde conceptum impediens est medicamentum, si sic utaris, nulli secundum: aliaq; multa eiusmodi particulatim efficit. Itaque argumentum est, ipsum ualenter excalfacere, sicut ubi dentium foraminibus instillatur: siquidem dolores eorum mitigat, sed & ipsos confringit. Extenuat quoq; oculorum cicatrices, & uisus hebetudini ab humorum crassitudine ortæ medetur. Porro quod eius est pinguisimum, & ad unguem oleosum, quod suspensis supra eam dum coquitur, lanis excipitur, ac colligitur, tota cedrea tenuius quidem est, sed minus acre; quamquam non minus excalfaciens. Eandem quippe rationem habet ad id quod reliquum est cedreæ, crassius illud uidelicet, quam oleum ad amure am. Proinde illud utpote crassius, mordax est, & maiore aperiendi facultate præditum. Itaq; ulcera irritat, phlegmonenq; illis excitat. Porro oleosa illa cedrea adeo clementibus est uerbis, ut etiam plebeij experientia docti uulnera ouibus occasione tundendi à forfice facta, illa illata sanent, sicut etiam pice humida. Utuntur autem ea & ad onium scabiem, & ricinos, Græci ηεράνια uocant. Porro cedrides (nam ita frumentum cedri nuncupant) moderatores uires obtinent, adeo ut comedи quoq; possint. Attamen si liberalius ijs utare, capiti dolorem inferent, ardoremq; ac morsum in uentre percipies. Que arbor Græcis ηερός, Latinis item Cedrus nominatur: Arabibus, Serbin: Italis, Cedro. Eius autem liquor ut Græci ηερόλα, ita etiam Latinæ Cedria dicitur: Arabicè, Kitran, siue Allitran: Italice, Cedria.

Hic lectorum admonitum uolumus, illa de fuligine Cedri uerba non legi in Græcis tum vulgatis, tum etiam antiquis quibusdam codicibus. Quare cum neq; à Marcello uertantur, qui plura exemplaria Græca habuisse fatetur, ea potius addititia, quam legitima censenda uidentur.

Nomina.

—ijs (nominat.)
—ijs (nominat.)

Δεκτη.



LAVRVS quædam tenui folio constat, altera latiore. Vtraque excalſactoriam naturam habet, & emollientem. Vnde decoctum earum in muliebres infessus additum, vuluæ, & uelutinae uitijs conuenit. Virentia folia sensim subſtingunt: illita quoque, ac trita uesperparum apumq; iectibus opitulantur: cadem cum polenta, & pane illita inflammationem omnem mitigant: sed pota ſtomachū effundunt, & uomitiones mouent. Lauri baccæ magis, quam folia calſaciunt. ergo in eclegmate tritæ cum melle, uel paſſo proſunt tabi, orthopnæ, & omnibus thoracis rheumatismis: contra ſcorpionum icts ex vi- no bibuntur: uitiligines emaculant. Succus baccarum utilifſimè aurum dolori, & grauitati inſtillatur cum uino ueteri, & roſaceo. In medicamenta autem adi- ciuntur, quæ neruorum laſſitudines reficiunt, ac copa uocant: & ad unguenta, quæ calſaciunt, & diſcutiunt. Cor- tex radicis calculos rumpit, partus necat, hepaticis pro- deſt, tribus obolis in uino odorato potus.

LAVRVS tam tenui folia, quam latifolia arbor odoratiſi- ma, & ſi antiquis credimus, Apollini lucidifimo ſacra: quinetiam à Ioue colitur. Vna quoque laurus Rome antiquitus imperato- rum pontificumq; domos exornare ſolebat. Quod ſimiliter, atq; alij complures genitium mores, in hunc uſq; diem apud nos per- durat. Namq; ubi dies ſiftus aduenerit, laurus non modò tem- plorum ualvas decorat, ſed & ubi dies geniales aduertunt, ingen- tium palatiorum eftianitrix. Quo fit, ut magnis aduentantibus principibus, lauri frondibus & columne, & arcus in pacis fi- gnum extruantur: ſiquidem pacifer a laurus eft, non ſecus ac olea. Ideo antiquitus etiam, ſi eius rami preſtendebantur inter arma- tos hostes, firmum quietis erat indicium. Quod obſeruatione ductus Bernardus Cleſtus Cardinalis ampliſſimus Triden- tinus, tum pacis, tum quietis ſector maximus, lauri, & palme floride ramum adñecebat, ut nitida marmorata, preeclara metalla, ſpecioſe piture, aurea, & argentea uafa, ac reliqua admiranda demonstrant, quibus magna eius palatia fulgent. Romanis laurus ſerebatur letitiae uictoriarumq; ſigno. Idcirco laurum in templis in Ioue gremio re- ponebant, quoties Rome letitiam uictoria noua attulerat. Quinetiam grata Apollini dona unoquoq; anno mittere ſolebant in Parnaso monte, quod ibi laurus ſpectatissima creyceret. Ceterum quod laurus Rome à Ioue e celo miſſa fuerit, ut ea imperatores coronarentur, facile perhiberi potest: namq; Liuie Drufillæ, que poſtea Auguſta matri- monij nomen accepit, cum pacta eſſet illa Cæſari, gallinam conſpicui candoris ſedenti in hortis aquila ex alto abiecit in gremium illæſam, intrepideq; miranti acceſſit miraculum, quod teneret roſtro laureum ramum ſuis baccis onu- ſtu. Quod audientes conſeruari alitem, et ſobolem iuſſere aruſſices, ramumq; eum ſeri, ac ritè cuſtodiſi. Quod factum eft in uilla Cæſarum fluui Tyberi imposta, iuxta nonum lapidem flaminia uia, que ob id uocatur ad gallinas. Por- rò tam creuit ramus laureus, tamq; ſe propagauit (tametsi radicibus deſtitutus) ut breui tempore ibi mirè ſylua pro- uenerit. Ex qua triumphans poſtea Cæſar laurum in manu tenuit, coronamq; in capite geſſit. Ac deinde imperatores Cæſares cuncti triumphantes lauro coronabantur, tenebantq; in manu eiusdem ramos. Quos poſt triumphos tradi- tus eft mos ferendi in eminentioribus locis in celebratis Romæ collibus. Quo factum eft, ut plures laurorum ſylue Romæ uirſcerent, que ob id laureta uocabantur: qualis erat, que in monte Auentino multo ante alios tempore ui- guit. Nimirum indicat laurum dijſ gratiſum am eſſe arborem, que ſui habetur ab impetu fulminum ratio: ſiquidem nullæ habita, cum e celo ruunt, nec diuinitatis, nec principum amplitudinis ratione, plerunque templorum turres iciunt, ſuperba mundi palatia dilacerant, ac ſepiuſ homines immaniter interimunt. hæc tamen ſola arbor fulmine non percutitur, niſi in futuræ calamitatis prodigum: ac ne quidem domus, in quibus adſint eius rami, de celo tan- gantur, pro certo creditur. Proinde Tyberius Cæſar fulminibus perterritus, tonante e celo lauro coronabatur. Lau- rus ex ſe ſic uim habet ignem producendi: quippe ſi exiccatæ ramus ramo frequentius confricitur, ſuper aſperſo ſul- phuris puluere, ignis ſtatiu exiliat. Eadem perpetua fronde uiret, tantaq; pollet ui, ut eius ramis in aruo defixis, rubigo, maxima ſegetum peſtis, abigatur, tranſeptis in earum folia ex aruis. Poëta perfectionis ſigno lauro coronā- tur, idq; premium eft Apollineorum muſas colentium. Coruus occido chamæleonte, fronde lauri decuorata infeſtum uirus extinguit. Qua etiam palumbes, graculi, merulae, & aliæ perplures aues annuum fastidium purgant. Cæ- terum lapideas lauros oriri in mari rubro ſcribit Theophrastus lib. 1111. cap. VIII. de plantarum historia, ſic in- quiens. In ſinu autem Heroo cognominato, ad quem deſcendunt Aegyptijs, laurus eft, & olea, & thymum: uerum non uiridia, ſed lapidis ſpecie parte à mari eminent, ſimilia tamen uiridibus tam folijs, quam germinibus. Colos quoq;

Lauri histo-
ria.

Lauri natura.

Laurus lapi-
dea.

i floris

Lauri uires
ex Galeno.

Nomina.

floris in thymo, tanquam nondum perfecte floruerit, liquido deprehenditur. Longitudo arbuscularum cubitorum ter-
norum est. h.e.c ille. Laurum scriptis commendauit Galenus lib. vi. simplicium medicamentorum, sic inquiens.
Lauri arboris & folia, & fructus desiccant, & calfaciunt uebementer, plusq; etiam fructus, quam folia. At radie-
cis cortex minus quidem acris est, & calidus, plus tamen amarus, habetq; etiam adfrictionis nonnihil. Quanob-
rem & calculos constringit, & iecori prodest. Bibitur ex uino fragrante trium obolorum pondere. Arbor & a-
qua sic Græcis uocata, Latinis Laurus dicitur: Mauritanis, Gaur, seu Gar: Italis, Lauro: Germanis, Lorbeer-
baum: Hispanis, Laurel, siue Loureiro: Gallis, Laurier. Huius fructus Græce δαφνίδες uocantur: Latine,
Lauri bacca: Italice, Bacche di lauro: Germanicè, Lorbeer.

Platani con-
sideratio.

Platani uires
ex Galeno.

Nomina.



Γλάτανος. PLATANVS.

C A P. X C I.

10

TENERRIMA Platani folia in uino decocta, mox illita, oculorum fluxiones fistunt: tumores, & inflammatio-
nes leuant. Decoctus cortex in aceto, dentes in dolore col-
luit. Virides pilulæ in uino potæ, serpentium moribus
auxiliantur: exceptæ autem adipe, igni ambusta sanant.
Insidens foliorum, pilularumque lanugo, oculos, & au-
res offendit.

PLATANVS Italæ aduena, peregrinaq; est; quanquam 20
regionem diluunt (ut Theophrastus est auctor) multi, magniç; flu-
uij. Verum enim uero si ibi nonnullæ uirescent Platani plantæ, ut
quas ipse Neapol., & Patavij uidi, sunt quidem ex longinquis re-
giobus allatæ, ut etiam antiquitus à Romanis per mare Ionium
inuenitæ fuere, eorum duntaxat umbræ gratia Roma expeditæ, ubi
platanis tantum honoris increbuit, ut diu nutritæ sint mero radie-
cibus infuso. Nanque h.e.c arbor plurimum uini irrigatione gau-
det: tametsi maiorem in modum fontes, & fluvios amet. Platani
nus ad amplissimam r. amorum amplitudinem adsergit, adeò ut Li-
cinius Mutianus ciuis Romanus, Plinio teste, hoc prodendum e= 30
tiam posteris putarit: qui prouincie Liciæ legatus affirmat, in ea
fuisse platanum sociam gelidi fontis amoenitate itineri appositam,
octoginta atq; unius pedum specu, numeroſo uertice, se uastis pro-
tegentem ramis arborum instar, & agros longis obtinentem um-
bris: ac ne quid desit speluncæ imagini, saxæ intus crepidinis co-
rona, muscosos complexa pumices: intra quam se epulatum cum
duodecimmo comite, largè ipsa toros præbente fronde, ab omni
afflatu securum, optantem imbrum per folia crepiti, latio-
rem, quam marmorum nitore, picturæ uarietate, laquearium au-
ro, cubuisse in eadem. In Creta insula ad Cortyniam platanus sie- 40
tisse fertur apud fontem quandam, quaæ folia hyeme non amitte-
ret, sub qua lioni compressam Europam indigenæ fabulantur. Que in Italiani inuenitæ fuerunt, climatis inclemen-
tia in magnam proceritatem non adolescent: attamen sunt cortice crasso, fronde uitiginea, lata, longo rubroq; pe-
diculo, flosculo paruo ac pallido, baccis rotundis, scabris, & lanuginosis: ex quibus oleum fieri prodidit Plinius
libro x. capite VII. Platani umbra usque eō delectatum Xerzem in terra Lydia scribit Aelianus, ut diem inte-
grum sub ea cum maximo exercitu consumpserit, floccipendens tam breui uoluptate tot copias remorari. Platani
aduersantur uespertilionibus. Earum pilule addito melle, & illite, lentigines, ueteresq; nigritias emendant. De
platano disseruit Galenus lib. VIII. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Platanus humidioris, frigidiorisq;
essentia est, non ita multò quam symmetra. Proinde folia uiridia trita, & illita, non obscurè phlegmonas nascen-
tes adiuuant. Cortex autem, & pilule magis desiccantem uim obtainent, ut ille quidem in aceto coctus ad dentium 50
adhibeat dolores: pilule uero cum adipe ad ulcera ambusta. Sunt autem qui cortice combusto medicamen desic-
catorium, & absteriorum efficiunt, ut cum aqua lepras sanet, per sepe autem illitum, ob humorem nimium, uete-
ra, & sordida. Vitandus est puluis folijs arboris insidens: alioqui si spiritu attrahatur, arteriam offendit, ualenter
desiccans, & exasperans, uocemq; ledit, sicut sanè etiam uisum, & auditum, si in oculos, aut aures incident.

Γλάτανος ut Græcis, ita pariter Latinis Platanus appellatur: Arabibus, Dubl: Italis, Platano.

M. A.